

**05**  
**A**  
**1080**





CUM DEO!  
COLLEGII INSTITUT.

PUBLICI  
DISPUTATIO SECUNDA.  
Ethico-Politico-Juridica

De  
JURE NATU-  
RALI GENTIUM & CIVILI,  
Personarumq; divisione.

Ad Tit. 2. 3. 4. 5. 6. & 7.

EXHIBENS  
TEXTUS

Continuationem, Quæstiones,  
Antinomias & Axiomata.

Quam

Sub PRÆSIDIO

CHRISTIANI TAUBMANI

J. U. D. & Profefs. Publ.

Discutiendam proponit

GEORGIUS VINCKLER Lipsiensis  
Misnicus.

Ad diem Maji. In Auditorio 7ctorum horis antemerid.

WITTEBERGÆ,

Typis AMBROSII ROTHII Acad. Typ. Anno 1635.

COLLEGIUM  
JURIS  
RALL GENTIM & CIVIL  
UNIVERSITÄT  
CHRISTIAN  
GEORGIUS V. INGELER  
MILITARIUM  
WITTEBERG  
Typis Anthonii Rottii Anno 1615



0801 A 50





TIT II.

De Jure Naturali Gentium  
& Civili.

MEMBRUM. I.

*Continens Continuationem.*



*U*l naturalis est, quod natura omnia animalia docuit: *pr. Jus gentium*, quod naturalis ratio inter omnes homines constituit §.1. *Jus civile* quod quisque populus vel civitas sibi constituit, §.2. Cujus *species* sunt duæ: *Scriptum* aut *non scriptum*: §.3. Scripti juris sunt sex: Lex §.4. Plebis *scitum*; *ib.* Senatus *consultum* §.5. Principis *placitum* §.6. quod *Constitutio* appellatur; & est vel *generalis*: vel *specialis*, ut *Privilegium* *ib.* Magistratus *Edictum* §.7. Prudentium *Responsa*. §.8. *Non scriptum* quod usus approbavit: & dicitur *consuetudo* §.9. *Subiecta* juris sunt tria: *Personæ* scilicet *Res*: & *Actiones* §.12.

MEMBRUM. II.

*Continens Questiones.*

I. Utrum rectè dicatur jus naturale quod natura omnia animalia docuit Sic putamus *cum Fabro D.1. th.1.*

A 2

II. Ergò

II. Ergo tale jus quoque in brutis cadit? Aff. cum *Vngeb. Ex. 2. q. 1. Giph. D. 1. th. 9.* contra *Först. Donell. & Hottom.* vide *Bach. hic p. 10. Faber. D. 2. th. 2. Harpr. hic p. 72. n. 2.*

III. An jus gentium primævum aliud sit, aliud secundarium. Aff. cum *Först. th. 33. Hoen. th. 10. Bach. p. 13. Arum th. 14. Fabr. D. 1. th. 5. Don. En. l. 1. c. 7. K. Wes. par. tit. 1. n. 15. Boc. ib. th. 10.* Contra *Vngeb. Ex. 2. q. 2. Coras. & Conan. Giph. th. 11. Harpr. hic p. 80. n. 6.*

IV. Scripturam neq; ad essentiam Legis, quod putat *Hoen. D. 1. th. 34.* Neque ad existentiam, ut putat *Förster. th. 34.* facere verius est, sed accidens ejus solum esse. *Riemer Diss. 1. corol. 1. vid. Don. En. l. 1. c. 8. b. Bachov. hic p. 18.*

V. Interlocutio Principis an vim legis obtineat? Aff. cum *Fabro D. 3. th. 6. & Bach. p. 25.* contra *Hoen. th. 16 & Niell. D. 1. th. 7.*

VI. Lex Regia quando lata? vid. *Vng. q. 4. Bach. p. 24. Hoen. q. 17. Boc. d. 3. th. 7. & 17.*

VII. Principem omnibus civilibus omninò solutum esse legibus Aff. cum *Riemer dec. 1. q. 7. Bachov. ad Treutl. D. n. th. 6. a.*

VIII. Quot anni & quot actus requirantur ad consuetudinem introducendam? Arbitrio judicis cum *Riem. corol. 3. & Först. th. 35.* committimus, contra *Vult. Mynsing & Bocer.*

IX. An municipia & populi superiorem recognoscentes illo inconsulto possint consuetudinem inducere? N. cum *Fabr. 23. th. 9.*

X. An consuetudo in scripturam redacta in nomen legis transeat? N. cum *Fabr. D. 3. th. 10. & Niell. D. 1. th. 9.*

XI. An consuetudines & statuta debeant esse rationabilia? A. cum *Niell. d. 1. th. 10. & 12. & 13. Tr. D. 1. th. 9. b. & th. 10. a.*

XII. Num inepta comparatio Jur. Rom. cum Athen. & Laced. b. §. 10 proposita? N. cum *Fabr. D. 3. th. 11. Bocer. d. 3. th. 3.*

XIII. An nullæ quoque Laced. II. scriptæ? N. cum *eod. th. 12.*

XIV. An jura naturalia immutabilia? Aff. cum *Bach. hic p. 35. & Vngeb. Ex. 2. q. 9. Wes. ad §. 11. hic.*

XV. An omne jus gentium tam primævum, quam secundarium sit immutabile? arg. §. 11. hic. De priori saltem cum *Harpr. hic p. 128. n. 11. contra Bocer. assero.*

XVI. An

XVI. An leges civiles possint mutari? A. cum Back. ib. Rit-  
tersb. p. 39. & Matth. p. 14.

XVII. An distributio juris in § fin. sit legitima? A. cum  
Giph. D. 2. ib. 1.

XVIII. An autem hic §. in tit. seq. rejiciendus? N. cum Först. hic  
ib. 39. & Wes. hic contra Hottom.

### MEMBRUM III.

#### Continens Antinomias.

I. Pugnare videtur *pr. j. b. t.* ubi ita definitur *Jus naturale*,  
quod natura omnia animalia docuit; juncto § 11. ib. cum § 1. ib.  
Ubi *jus gentium* definitur jus, quod naturalis ratio inter omnes  
constituit, & apud omnes gentes peræquè custoditur l. 1. *pr. ff. de*  
*acquir. rer. dom. l. 9. ff. de Inst. & Jur. §. 11. Inst. de R. D.* ubi *jus na-*  
*turale* appellatur *jus gentium*, quod etiam fit. in § 41. ib. & in l. 84.  
§ 1. *de R. J. l. 16. §. 3. ff. de fidejussor. l. 10. de O. & A. Item l. 1. ff. de*  
*Novat.* Ubi obligatio naturalis dicitur, quæ jure gentium pro-  
dita est. *arg. §. 2. j. b. t. Et l. 16. in pr. ff. de minor:* Circumventio,  
quæ juris gentium est & ex ratiocinatione descendit juri natura-  
li ascribitur. Qualis nam hæc confusio? *Harpr. hic. p. 69. n. 17.*  
*Martin. contrar. 2 1.*

II. Jura naturalia divinâ quadam providentiâ constituta,  
semper firma atque immutabilia permanere dicuntur, in §. 11.  
*b. t. l. 2. §. 1. de usufr. ear. rer. qua usu cons. l. 188. §. 1. de R. J.* Sed  
libertas quæ in § 1. *de jure pers. & pr. Inst. de Libertin.* jure naturali  
ascribitur, nihilominus per servitutem mutatur §. 2. *ib.* unde &  
jure naturali contraria dicitur, in §. 2. *Inst. h. t. l. 4. & 6 ff. de*  
*Inst. & Jur. Vult. hic n. 5. Bronch. cent. 1. ass. 4. Pacius cent. 1. q. 3.*  
*Martin. ib. ib. 22. Marcil. hic p. 25. Giph. ib. 12. Hottom. hic*  
*Harpr. p. 126.*

III. Imperator in §. 3. & 8. *b. t.* Responsa prudentum juris  
scripti speciem constituit. In l. 2. §. 5. & §. 12. *ff. de Orig. Jur.* sine  
scripto venire asserit. *Martin. contrar. ib. 23. Boc. d. 3. ib. 31. Don.*  
*En. l. 1. c. B. K. l.*

IV. Diuturni mores Consensu utentium confirmati legem imitantur; habet § 9. b. 1. Cum quo concordant l. 23. ff. de ill. Const. Deo auct. § 7. de concept. ff. l. 6. de Evict. l. 1. pr. de Usur. & mora. Et Feudista libr. 2. c. 1. Legum, inquit, Romanarum non est vilis auctoritas, sed non adeò vim suam extendunt; ut usum vincant aut mores. Quibus è diametro opposita sunt verba l. 2. C. quæ sit longa consuet. Ubi Imper. Consuetudinis ususq; longavi non vilem auctoritatem esse asserit, sed non usq; adeo sui valitum momento, ut aut rationem vincat aut legem. Dis. variè variè adeò, ut Lopez animadv. c. 5. init. dicat, hâc in re tam inconstantes, tamq; in apertâ luce cæcutire DD. ut referendi improbus, improbandi incassus labor futurus sit. Vid. Don. En. l. 1. c. 10. b. c. 11. b. Tim. Faber. D. 2. th. 10. Giph. expl. hîc. pag. 28. Godd. l. 102. n. 3. De V. S. Pacius. 1. q. 14. Bronch. cent. 1. ass. 9. Arum. D. 1. th. 21. Hackelm. D. 1. q. 11. Wegn. d. 2. th. 7. b. Bach. hîc p. 34. Heig. hîc. n. 15.

## MEMBRUM IV.

### Continens Axiomata & Digressiones.

I. Natura jus quoddam omnibus animantibus ingeneravit, quod iccirco Naturale appellatur. pr. b. 1. & l. 1. § 3 ff. ib. Siquidè ex eodè cum brutis etiam homini hæc præcepta proficiscuntur principio, nepe Natura cõmuni; Quæ est vis illa naturalis omnibus innata. Cic. 2. de invent. Br. Fab. Wes. Borck. ad d. pr. Quam Deus naturæ autor, omnibus indidit animantibus. Wegn. d. 2. th. 2. g. Ita per Jus natura imus retrò ad prudentiã ipsius DEI. Lopez. 2. anim. n. 2. Gl. ad d. pr. Forcat. necyom. dial. 37. De quo propterea Imp, rectè præmittit, ut Jurisprudentiã revocet ad sua Principia, nec in his prima naturæ, licet modo quod in informia, prætermittat. Hopper. de Juris arte 7. & seqq. Et respe. du hujus Juris, homo non ut homo, sed ut animal consideratur Giph. d. 1. th. 9. Bellè Covarruvias: Jus naturale materialiter quantum ad actus brutis commune esse: formaliter quoad rationem juris secus. Boc. clas. disp. 2. th. 6. Jus natura-

le



le illud est, quod natura produxit circa eas actiones, & qualitates, quæ hominibus cum brutis animantibus communes sunt *pr. hinc*. Et docet non præmonstratione rationis, sed instinctu appetitus, qui in hominibus deinceps, quorum jus propriè est, ratione juris gubernatur. *Wes. hinc p. 17. n. 2. & c.* Ut fons illud potius & causa sit Juris quàm Jus ipsum *ib. p. 19.* Priorsus ut Cicero dicit, & latè Plutarchus comprobatur: *In brutis sunt simulacra & ἑστὶν εἰς τὴν φύσιν αὐτῶν τῆς ἀρετῆς ὡς καὶ τῆς ἀνομιᾶς: ita etiam in iis sunt simulacra Juris.* Et elegantissimè Plato: *Quod natura rem unamquamque, quam perfectissimam producere voluerit: Et quod in plantis expresserit simulacra sensus; In brutis: simulacra rationis: In hominibus simulacra divinæ mentis.* *Bach. hinc p. 10.* Emanuci Palæolog. *Educat. regie c. 36.* *Bruta, inquit, facere κατὰ λόγον sive rationi convenienter. ὁμοίως οὖν ἄνθρωποι, id est, cum ratione.* Et *Aristot. 2. Physic. c. 8.* In brutis non artes, sed artium vestigia esse asserit. Quin imò quædam animalia & inter ista præcipuè Elephanti, homini ipsi adjunguntur passim. Cicero: *Esse illi belluæ quandam cum genere humano societatem.* Strabo: *Adsidere animali ratione prædito.* Philostratus *Hoc animal proximum ab homine loco, prudentia & consilio, asserunt.* Et certè quædam rationis simulacra Ipsemet in isto bruto non bruto *Frankofurti Anno 1629.* deprehendi. *Breviter: Quicquid homines jure faciunt, si idem impetu & instinctu naturæ faciant & bruta, id esse juris naturalis.* *Animalibus enim pro ratione impetus, homini pro impetu ratio est,* inquit Sen. Et nec aliunde, quàm ex naturalis rationis præscripto cognoscitur, quid sit juris naturalis. *Don. En. l. 1. c. 6. f. & b. & c. 7. b. & d. Hottom. & Bacchov. hinc Turturettus paral. Ethic. jurid. diss. 34. Lips. cent. 1. Ep. 50. Wesenb. par. tit. 1. n. 14. 15.*

II. Jus gentium ab hominibus naturâ duce, usu exigente, excogitatum & constitutum est. *§. 1. & 2. hinc. l. 1. 4. 5. & 9. ff. b. t.* *Breviter: Jus naturæ non excogitatum est, sed innatum: Jus gentium, non innatum; sed à Gentibus excogitatum est: Civile similiter excogitatum, sed ab una civitate duntaxat.* *Hottom. hinc.* Quod probatur quoq; ex triplici hominis consideratione: ut animal est, unde jus naturale; ut

*homo*

*ff. hinc.* Sine naturali rerum natura; Sine civili civitas; Sine Gentium jure generis humani societas stare nequit. *Hottom. in Ep. ff. b. t. n. 9.* Jus naturale per se, jus Gentium ex ratione dicitur. *Lopez. animadv. c. 1.* seu illius causa est natura creans, id est, ipse DEUS; hujus autem natura creata, id est, ratio, DEI benignitate hominibus insita. Idq; D. Apostolus *ad Rom. 2. v. 15.* dicit esse opus legis scriptum in cordibus nostris quod DEUS nobis ostendit. *Don. En. l. 1. c. 6. D. 5 c. 7. c. Harpr. hinc. p. 69. n. 15. Meisner. lib. 3. de ll. Wegn. d. 2. th. 3. g.*

III. Jus, quod quæq; civitas sibi propriè comparavit, Civile appellatur. §. 2. *hic l. 9. ff. ib.* Nam præter Jus naturale, etiam certas haberi in Republ. leges, interest tam magistratum, quàm subditorum. *l. 2. §. 3. §. 6. de O. J. Oldendorp. de jure Equ. t. 6. q. 2.* Quod *Cicer. in Top.* sic definit: *Ut sit æquitas constituta iis, qui ejusdem civitatis sunt ad res suas obtinendas.* Exteri enim civitatis legibus non obligantur *l. 2. ff. de ll. §. 1. ult. de jurisdic.* Et extra territorium jus constituenti impunè non paretur. *l. fin. de jurisd.* Nisi se expresse vel tacitè subjiciant contrahendo aut quasi delinquendo. *Don. En. l. 1. c. 6. b. c.* Peregrini tamen, quatenus in Republ. admittendi. *Arnis. i. pol. 13.* eatenus à legibus ejus Reipub. stringuntur. *c. 1. dist. 41. Coras. add. l. 2. n. 6.* Exinde cum leges Moysis forenses & ceremoniales populo Judaico tantum jas fuerint, eadem alios populos, hodie præsertim, non stringunt. *Chemnit. p. 2. loc. com. de lege D E I. c. 5. Hunn. 2. de interpr. juris. 2. q. 8.* Efficitur a. id non solum inveniendo, sed etiam reformando. *per l. 6. ff. b. t.* Sola autem confirmatio jus civile non efficit, nisi accesserit reformatio, id est, aliquid fuerit adjectum vel detractum jure communi. *vid. Matth. hic p. 9.* Est itaq; efficiens juris civilis causa populus quisq; , qui hoc jus constituit sponcione communi *l. 1. §. 2. ff. de ll.* Est enim cuiq; populo & cætui legitimo juris constituendi potestas jure gentium permessa. *Arist. l. 5. Ethic. c. 6. l. 9. de Just. & Jur.* nisi postmodum hæc potestas legitimè sit sublata, & translata in alium

in alium. §. 6. *b. t. l. ult. §. 1. C. de ll. Wegner. d. 2. th. 2. Don. En.*  
*ib. a. Haenon. d. 1. th. 18.* Jus ergò natura à natura est sine ullo  
 consensu; *Jus gentium* à tacito consensu & quasi constitutione  
 gentium, sive absq; ulla promulgatione: *Jus civile* à constitutio-  
 ne expressa, eaq; vel promulgata, ut *scriptum jus*; vel sine pro-  
 mulgatione, ut *consuetudo*. Usus enim ipse pro constitutione  
 est. *Marcil. hñc p. 22.* Quæ v. illa juris Romani ab Ethnicis  
 compositi præstantia? An non naturæ jus, Decalogus & in uni-  
 versum tota Biblia, ad decisiones controversiarum sufficientia,  
 multò præstantiora? Quod si maximè delectamur Ethnicorum  
 scriptis, cur non juri nostro præferimus scripta summorum  
 Philosophorum, *Platonis, Aristotelis?* quorum quantum ingenii  
 acumen. quàm eorum tradita æquitati & naturali rationi ap-  
 primè convenientia! Verum jus Romanorum cum Theologia  
 non conferimus: Juri sanè divino quàm proximè accedit, eoq;  
 in decidendis litibus plenius & commodius; *Chemnit. p. 2. locor.*  
*commun. de lege Dei. c. 4. in fin. & c. 5.* Ea; propter & homo  
 Christianus rectè utitur jure scripto, in Repub. Romano. *Matth.*  
*22. v. 21. Arum. d. 1. th. 1. Hunn. 2. de interpr. jur. 5.* Ne æquitas  
 sit cerebrina, sed scripto jure informata. *Freber. in Sulpit.* Sicuti  
*B. Lutherus* cuidam strenuè asserenti; Naturale jus juri scripto  
 esse præferendum; respondit: *Es sey wahr aber darinn stecke der*  
*fehler; daß jeder wehnen woll/es stecke eben in seinem Kopff.* *Zinc-*  
*gr. apoph. Germ. pag. 253.* Reliquorum a. Philosophorum Biblio-  
 thecis omnibus, vel solas XII. tabb. Leges *cum Cic de Orat.* ante-  
 ponere non veremur; adeoq; carere intellectu, nihilq; minus  
 quàm veros Philosophos esse arbitramur eos, qui nos in deciden-  
 dis controversiis, spretâ juris Romani autoritate, ad libros mo-  
 rales Philosophorum remittunt. *Wes. par. de J. & J. n. 17. Först.*  
*in Pref. tract de o. J. Gentil. 1. de nupt. 1. & 2. Wegner. hñc. d. 2. th.*  
*3. f.* De jure Justinianæo etiam in principū controversiis adhiben-  
 do, *vid. Alb. Gentil. 1. de jure belli. 3.*

IV. Cum difficile universum populum convo-  
 cari, auctoritas viris primariis tribuenda. §. 5. *hñc.*

B

Quia

Quia ab optimis prudentissimisque viris probabile est, saluberrima  
 proficisci consilia. Unde commoti quamplurimi populi hanc  
 gubernandi formam, *Aristocraticam* nempe, civitatibus suis ac-  
 commodarunt. Melior certe est *Democratica*, in qua plerunq;  
 dominantur factiosi & inquieti, qui facundæ & fiducia populum  
 concitant: quales Romæ Tribuni plebis, qui labefactatâ Optima-  
 tum auctoritate calumniosè accusarunt multos de Repub. opti-  
 mè meritos. Ad mutationem quoq; & seditionem vehementer  
 inclinat: quod evincit *trina plebis Romana secessio*, una in mon-  
*Val. Max.* tem sacram; *Alter*a in Aventinum. *Tertia* in Janiculum; unde  
*l. 8. c. 9.* prius redire noluit, quam lege *Hortensia* (non *Horatia Don. En.*  
*Flor. l. 1. l. 1. c. 8. D.*) latum esset, ut *Plebiscita* legis vigorem obtinerent.  
*c. 24. § 4. J. h. t.* Incenduntur Plebejorum animi regnandi cupiditate:  
*Cic. 3. offic.* quâ nihil tetrius, nihil fœdius excogitare potest. Sed cum unius  
 Imperium plurium dominatu præstaret; in multorum namq;  
 imperio, propter naturalem ad dissentendum proclivitatem, a-  
 nimi ad varias sententias distrahuntur, & antequam quid certi,  
 quod ex usu Reipublicæ, statuatur, bene gerendi opportunitas  
 elabatur: *LEGE REGIA Populus Rom. suum omne imperium ac*  
*Tac. 1. an.* *poteſtatem etiam in se Caesaribus permittit. § 6. h. t.* Ea enim est con-  
*c. 6.* *ditio imperandi, ut non aliter ratio constet, quàm si uni reddatur.*  
*Sen. 2. de* *Et optimus status civitatis est sub Rege justo.* Plures quid mihi ad-  
*ben. c. 20.* *fers? non aliter; quam si duo Soles velint esse, periculum ne in-*  
*Serinus.* *condio omnia perdantur. Sic A dos pardales en una espiga nunca*  
*ayliga. Et Deux chiens en un os ne S. accordent pas.* Quippe Re-  
*Tac.* *gnum insociabile. Et Imperia difficile concordiam custodiunt. Pa-*  
*Aur. Vict.* *lam itaque Principatus aliis præferendus. Unum enim impe-*  
*Tac. 1. Ann.* *rii corpus unius animo regendum videtur: Sicut ab uno governa-*  
*tore una navis. Don. En. c. 7. o. Lips. pol. l. 2. c. 2. & Cl. Berneg-*  
*gerus Vir Eruditiss. & hospes Meus Argentorati desideratissimus in*  
*notis ad istum nondum editis.*

V. More majorum, & à Cæsaribus institutum  
 ut essent, qui consuli de jure ab omnibus possent.  
*Prop. 24. 6. § 8.* Nam *Salus ubi multa consilia sunt.* Unde ad Imperatoris  
 officium

officium pertinere noster duxit, jus confusum, ad luculentam e-  
 rigere consonantiam. § 2. ib. Quod & Homerus demonstrat;  
 Qui Reges appellat *civitatum Juridicos*. Et Cic. in Bruto. *A*  
*Principibus*, inquit, *est auctoritas Juris: A Peritis recta consulendi ratio*.  
 Potestas itaq; jus constituendi concessa fuit & opti-  
 matibus, diversimodè tamen; aliis ut & jus de novo constitue-  
 rent; aliis, ut constitutum tantum interpretarentur: Illi sunt  
 Senatus & Princeps; hi Magistratus & Jcti. Nam & Jctos ex  
 optimatibus fuisse certum est, cum vocentur Nobilissimi. *l. 2.*  
*§ 4. ff. de excus. tut. l. 2. §. fin. de extr. cognit.* Unde colligunt,  
 Doctorem juris esse nobilem. *l. 7. C. de postul. Timag. de nob. c. 5.*  
*n. 3.* & proinde de crimine capitali torqueri non posse. *Zang.*  
*de quest. c. 1. n. 67.* Qui tamen non possunt jus per se constitue-  
 re, nec constitutum tollere, sed tantum interpretari. *pr. §. de*  
*bonor. poss.* Unde etiam juris conditores, juris autores &; Inter-  
 pretes dicuntur. *l. 25. C. de procur. l. fin. §. 2. ff. de Curat. fur. Cui. 7. O.*  
*25.* Quorum responsa eam auctoritatem habebant, ut ab iis non  
 liceret judici recedere. *hic. §. 8.* non tantum si omnes conjun-  
 ctim respondissent, sed & si singuli: singulis enim hoc concede-  
 batur. *l. 2. §. fin. vers. Ergo Sab. de o. §. Cagnol. ib. n. 667.* Cum  
 a. Justinianus omnem juris condendi potestatem ad se revocarit.  
*l. fin. C. de ll.* manifestum evadit, ne communes quidem DD. o-  
 piniones, ut olim, ita & hodie ipsis legibus prævalere. *l. 1. §. 12.*  
*l. 2. §. 21. C. de vet. Jur. en.* nec amplius necessariam auctori-  
 tatem habere. *l. 1. §. 6. ib. Hun. 2. de interp. jur. 2. q. 10.* Sed tan-  
 tum probabilem. Rectè tamen facit, qui opiniones DD. ratio-  
 ni consonas sequitur, *Myns. hic. n. 5.* maximè si præjudicio ali-  
 quo imperialis Camerae sint confirmatae. *Gail. 2. O. 49. n. 18.*  
*Wegn. d. 2. ib. 6. l.*

VI. Vetusta Consuetudo voluntate omnium  
 comprobata legis vim obtinet. § 9. *hic. l. 32. ff. de ll.* Hinc  
*Chrysof.* Nonne habet auctoritatem legis quod ab hominibus adinven-

tum est. Et quid interest suffragio populus voluntatem suam  
 declaret, an rebus ipsis & factis. Unde Legem tyranno, consue-  
 tudinem Regi esse similem scribit. Ista enim momento consti-  
 tuti dicitur; hæc verò temporis diuturnitate venire, latentibus  
 quodammodo incrementis. Adeò ut eam per gradus induci  
 Albericus & homini similem esse dicat; primumq; *concupi*, Ratio-  
 ne: *Nasci* Experientia & actu unico: *Adolescere* plurium simi-  
 lium imitatione: *Consummari* demum temporis diuturnitate.  
 Consensum autem, cum in consuetudine, ut & in statutis deside-  
 ramus; errorem quantumvis communem excludimus *arg. l. 15.*  
*ff. de jurisdict.* Imò irrationabilem consuetudinem corruptelam  
 potius esse, & tutius hoc casu inspicere, quid Romæ fieri debeat,  
 quam quid fiat, *secundum l. 12. ff. de offic. presid.* Nam nemo, inquit  
 l. 2. de unic. Augustin. *consuetudinem Rationi & Veritati opponat: Quia con-*  
 baptis. *suetudinem Ratio & Veritas semper excludit.* Vid. Tim. Faber. D.  
 2. th. 9. Niell. d. 1 th. 12. & 13. Giphani. ad l. 2. C. *quæ sit long. con-*  
*suet.* Melanch. post. part. 2. pag. 865. Bocer. Cl. d. 4. Don. En.  
 libr. 1. cap. 10.

VII. Quæ divina quâdam providentiâ constituta,  
 semper firma atque immutabilia permanent. §. pen. Unde  
 Bernh. Subolt. Diss. 1. th. 94. non absônè putat, Constantinum  
 Imp. in l. 2. C. *quæ sit long. consuet.* loquutum de ea consuetudi-  
 ne, per quam crassi & fœdi errores in Ecclesiam contra verbum  
 Dei invecit erant, quos eliminare ipse laborabat. Idem confir-  
 mare videtur Bellarminus de Concilijs l. 2. c. 18. *Non potest dispen-*  
*sare Papa in jure divino.* Et de Rom. Pontif. l. 4. c. 24. p. 343.  
*Non potest Pontifex aliquid agere contra Dei ordinationem.* Cui  
 consentiunt Canonistæ: *Nature rerum repugnat seruum mutare*  
*legem sui Domini.* Nec ullâ contrariâ consuetudine potest vinci:  
*ut alibi l. 4. c. 26. De Eucharist. asserit.* Et rectè; modò cordatè!  
*A dignioribus namque initium capiendum, arg. §. ult. hic.* Jisque  
 firmiter inhaerendum. Uti in bello non est ordo deserendus,  
 quem dedit Imperator militi; ita nec deserendus est ordo, quem  
 dedit nobis jus divinum, quod accepimus Principem ac Ducem  
 cognitio-

cognitionis & vitæ. *Errat in veritate, qui recesserit à veritate, in-*  
quit Augustinus. Et Cyprianus l. i. Ep. 8. *Impium est, sacrilegum, tom. 8. sup.*  
*est, quodcumq; humano furore instituitur, ut dispositio divina viole-* *Psal. 66. p.*  
*tur. Et contra Aquarios: Christus, non est consuetudo sed IERI-* *474.*  
*TAS. Quam an Papicolæ unicè sequantur; examinent Theolo-*  
gi? Experientia contrarium evincere videtur, ut idem nobis ho-  
diè dicendum de Flamine isto Quirinali, quod *Dionys. Halicarn.*  
de veteribus illis Reipub. Romanæ Pontificibus: Ut nullius à se  
aut dicti aut facti rationem reddere teneantur. *Robert. rer. jud. l.*  
*l. c. 7. p. 124. Ehinger in velit. Epist. p. 14. 34. & 58. Freigius in Anal.*  
*consil. Zafij. p. 159. Brutum fulm. p. 5. Erasmus quer. pacis p. 232.*  
*Matth. hinc p. 14. Harpr. D. 127. Naturale a. jus, ut immutabile,*  
à civili separat *b. ii. Imp. tanquam mutabili. Et triplex ejus*  
descriptio rationem triplicem inculcat constantiæ hujus juris. 1.  
Appellatur *naturale* à naturâ, quæ sibi semper constat, nec muta-  
tioni est obnoxia. 2. dicitur apud omnes gentes peræque obser-  
vari, quia scilicet tam altas egit in genere humano radices, ut tan-  
quam lex, non scripta, sed nata, evelli nequaquam possit. 3. Dici-  
tur *constitutum divinâ providentiâ*; atque autorem laudat DEUM,  
qui est immutabilis. *Cic. 3. de rep. Baro hinc. Sic jus naturale in sui*  
*natura est immutabile, ut in toto, ita & in parte. Vult. hinc n. 6 Don.*  
*En. l. c. 12. d. In applicatione a. mutari quidem videtur, re verâ*  
autem in se non mutatur, sed potius mutatur id, cui diversimodè  
applicatur. *l. 6 ff. de j. & j. Pac. 1. ass. 2. Wegn. d. 2. tb. 9. a. An*  
a. Deus ipse dispensare possit cum præceptis decalogi? Theolo-  
gicum est. *Vid. Chemnit. p. 2. loc. com. p. 791. Vasq. ill. contr. 27.*

VIII. Quæ humanâ providentiâ constituta sæpè  
mutari solent. *ibid.* Aliud est igitur *civile jus*, quod pro moribus  
ubique variatur: aliud verò *justitia*, quam uniformem ac simpli-  
cem proposuit omnibus DEUS. *Rittersb. hinc.* Nam quod violen-  
ter jus naturæ interdum populorum usu aliquâ ex parte mutatur,  
ex pravo usu corruptaq; hominum consuetudine contingit: atq;  
hic usus velut in multis alijs naturam vincit; eâque propemodum  
oppressâ solus viget & dominatur, ut est exemplum manus sini-  
stræ, quæ si usus accedit, æquè fortis, ut dextra, fieri potest: atque

huc furta Lacædem. Concubitus Persarum & Medorum perti-  
nent. *Augustin. lib. 4. emend. c. 4. Heig. hinc n. 3.* Mutatur etiam in-  
terdum jus naturale, quia non idem semper in qualibet facti spe-  
cie natura præcipit. Sed hæc facti non juris mutatio est, eoque  
non attendenda, *l. 31. de pos. l. 35. de rel. & sumpt. fun. l. 12. de off. præf. Alciat. in l. 42. de V. S. Scitè Vult. ad pr. Inst. de Inst. & Jur. n. 7.* Jus apud omnes & tempore omni idem, adjuncta interdum di-  
versa. Eo enim ipso quod nonnunquam est aliud, idem est. Nam  
proportio temporum, personarum, locorum facit, ut aliud non  
sit; cum non omni tempori, loco, personæ conveniat idem sen-  
su, quod tamen ratione idem est. In eandem ferè sententiam  
*Matth. 1. de via jur. c. 21. n. 34.* Legis ratio, quæ illius anima est,  
perpetua est, & principia juris immutabilia, sed conclusiones va-  
riatis rebus variantur &c. *Divinæ itaque res perfectissimæ sunt: humani verò juris conditio semper in infinitum decurrit.* Et nihil est  
in eo, quod perpetuò stare possit, multas etenim formas edere,  
natura novas deproperat. *l. 2. § 18. C. de vet. Jur. enucl.* Et quid  
esse potest stabile inter homines & immobile, ut nullam patiatur  
mutationem, cum omnis noster status sub perpetuo motu con-  
sistat? *Nov. 7. c. 2.* Est enim vita humana quasi quoddam mare,  
sive Euripus quidam negotiorum, ubi magna arte & coactione  
opus est ad vitandum naufragium. Civile ergò jus mutabile;  
quia & legislator non perpetuus: & status Civitatis non semper  
idem *l. 21. C. de furt. l. un. C. de Cad. toll.* nec constitutum aliter,  
quàm ut ex voluntate legislatoris mutari iterum posset. *Covarr. in c. alma p. 2. in pr.* Hæc quæstio facultatis est. Alia est voluntatis, ut  
non mutetur facile, & nisi *Evidens sit utilitas l. 2. D. de const. prin. Arnif. pol. 1. c. 16. in f.* Et lex antiqua, etsi quædam incommoda  
habeat, novæ, etiamsi appareat utilior, præferenda. *Arist. 2. pol. 6. Cas. 2. spb. civ. 6. Schönb. 3. pol. 9. Arnif. 1. pol. 9. p. 205.* Alcibiadem  
apud Thucid. audi verè censentem: *Eos homines tutissimè agere,  
qui presentibus moribus legibusq; etiamsi deteriores sint, minimum  
variantes rem publ. administrant:* Et ipsum Augustum apud Dion.  
LII. qui sic olim ad Senatum: *Positas semel leges constanter serva-  
te, nec ullam earum mutate. Nam quæ in suo statu, eademq; manent,  
etsi*



*et si deteriora sint, tamen utiliora sunt reipubl. his, quæ per innovatio-*  
*nem vel meliora inducuntur.* Non enim convalescit planta, quæ  
 sæpius transfertur. Et quoniam nihil magis commendat & con-  
 servat LL. in quibus est salus civitatis, quàm *autoritas & dignitas*  
*earum, quæ crebris mutationibus labefactatur.* Et Princeps ipse  
 vilescit, qui sic vacillat, foedaque inconstantia, quæ jusserat, ve-  
 tat; quæ vetuerat, jubet. Hinc *Lycurgus* potius in perpetuo exi-  
 lio vivere, quam leges in patriâ suâ violatas cernere voluit, *secun-*  
*dum Plutarchum.* Sed cùm omninò jus mutandum est duo requi-  
 runtur, ut & mutet, cui jus est mutandi, & rectè mutandi voluntas  
 declaretur. *Don. l. com. 12.* Quæ verò specificè abrogata non sunt,  
 juris veteris decisioni debent relicta intelligi. *l. 32. in fin. C. de ap-*  
*pell. Fachin. 5. contr. 94.* De qua re vide differentes *Bodin lib. 4. de*  
*Rep. c. 4. Lips. lib. 4. Polit. c. 9. Arnif. l. 2. pol. p. 116. Barb. hic p. 36.*  
*& Rittersh. ib. p. 39. & ad Nov. præm. c. 3 p. Liebenthal. Exercit.*  
*pol. 12. q. 2 Schönborn pol. l. 3. c. 9. Don. En. l. 1. c. 12. Matth. hic p.*  
*4. Hejg. hic n. 13.*

## TITULUS III.

# DE JURE PERSONARUM.

*Continens Continuationem.*

Jus Personarum est conditio sive status, quo quisque homi-  
 num vel libertatis vel servitutis jus sibi asserit. *l. t. ff. de statu homi-*  
*Giph. D. 2. th. 1. Faber D. 4. th. 1.* Quarum summa divisio est,  
 quod omnes homines aut liberi sunt, aut servi. *pr. ib. th. 2.* LIBER-  
 TAs, ex qua liberi, est naturalis facultas ejus, quod cuique facere  
 libet, nisi si quid vi aut jure prohibeatur §. 1. *l. 4. ff. de statu hom. ib.*  
*th. 3.* SERVITUS est constitutio juris gent. quâ quis dominio ali-  
 eno contra naturam subjicitur. §. 2. & 3. *l. 5. ib. th. 4. ib.* SERVI  
 à servando vel manumittendo sic dicti. §. 3. aut nascuntur ex ancile-  
 lis §. 4. aut fiunt & quidem jure gentium, Captivitate, vel juri civili  
 sui ipsius venditione, *ib.* & servorum quidem, ratione status, nulla  
 est differentia; Liberi autem aut sunt Ingenui aut Libertini §. 5.  
*Arum. Ex. l. t. 28. Bocer. d. d. 5. th. 3.*

MEM-

## MEMBRUM II.

### *Continens Quaestiones.*

- I. Rectenè hic titulus de jure Personarum inscriptus? *A. cum Fabr. D. 4. th. 1. contra Vulte. hinc n. 1. & 2.*
- II. An pater filium se venum datum possit ex jure Quiritium sibi vindicare? *Aff. cum Bach. hic p. 42.*
- III. Statu liberi num sint servi *A. cum Först. d. 2. th. 2. contra Cujac. vid. Bach. hic p. 38. Vngeb. q. 12. Riemer. dec. 1. quest. 10. Giph. d. 1. th. 2. Faber d. 4. th. 2.*
- IV. An promittens hominem liberetur, si solvat statuliberum? *A. cum Arum. Ex. 1. th. 24. sub distinct.*
- V. Num ascriptitij sint servi? *A. cum Don. En. l. 2. c. 9. ll. & Arum. ib. th. 25. contra Haenon. Diss. 1. th. 20. vid. Först. th. 3. Vngeb. q. 11. Giph. ib.*
- VI. An libertatis definitio in hoc §. 1. etiam servis competat? *N. Arum. th. 21.*
- VII. Utrum libertus revocetur in servitutem propter ingratitudinem *A. cum Först. hic th. 6. Don. En. l. 2. c. 17. l. c. contra Cujac. & Connan.*

## MEMBRUM III.

### *Continens Axiomata & Digressiones.*

- I. Libertas & vi & jure circumscripta est. §. 1. l. 4. ff. de stat. hom. Nec eò minus tamen liberi nos sumus. *Vis enim est,* cum fortior aliquis me agere volentem prohibet: Quæ cum facti sit, libertatem, quæ juris est, non immutat. *l. 1. d. 2. de acquir. poss. l. 48. de acquir. R. D.* Effectum libertatis violentia potius, quàm substantiam immutat. *l. 4. de R. 7.* Multa v. & jure prohibentur, quæ natura hominum arbitrio reliquerat: Sed & hæc libertatē illam non immutant *Heig. hic. n. 16.* Per Leges quoq; non minuitur libertas: Neq; facultas faciendi quod velis effrenis

effrenis & vaga hinc licentia intelligenda, sed hominis in civitate  
 viventis, adeoque LL. temperata; quæ aliâs non vera libertas,  
 sed improba esset licentia. *Vera libertas est parere bonis legi-*  
*bus, non poenarum formidine, sed amore ipsius honestatis, &*  
*quia id communiter expediat, inservire officio, colere & reve-*  
*rerè magistratum, sub cuius auspicio publica pax & tranquillitas*  
*patriæ secunda conquiescit. Legum omnes servi sumus, ait Flos de-*  
*libatus populi, suadæq; medulla M. Tullius, ut verè liberi esse*  
*possimus: Et Philosophorum aquila. Non existimandum est, ser-*  
*vitutem esse, vivere secundum Rempubl. (& ejus scilicet L. L.) sed Arist. libr. x.*  
*salutem. Soli enim hi vivunt, ut volunt, qui quid velle debeant, pol. c. 9.*  
 didicerunt. Hæc sola est sublimis & excelsa libertas, quæ regnū  
 & diadema tutum possessoribus suis defert, quæ qui præditus est,  
 rectius gloriari potest, se regem esse, quàm Tarquinius, qui nec  
 se, nec suos regere potuit, quam pessimus Caligula & Claudianus  
 caudex. Hoc itaq; fixum atq; immotum maneat, quod nulla  
 vi labefactari potest, solidam libertatem sitam esse: *Non infestua*  
*licitor quam jactat ineptus, sed in eo, ut libenter & volentibus*  
*animis recta sequamur, gaudeamus officio, subditi simus impe-*  
*rio legum, non propter metum supplicii, sed propter decus ho-*  
*nestatis. Leges & jura sunt vincula civitatis, quorum minister*  
*custos, ac depositarius est magistratus, quem ideò colere & omni*  
*observantia complecti debemus. Hæc est illa mens, quæ per u-*  
*niversum naturæ corpus diffusa gentes ac populos regit. Hic*  
*Spiritus vitalis, absq; quo nec humana societas, nec ipse mundus*  
*stare potest. Ideoque non cogitandum: Nos sumus liberi (in-*  
*quit Melancht. postill. part. 4. p. 161.) Wir müssen toll und voll*  
*seyn / wenn wir wollen / sicut memini, choreas esse à quibusdam*  
*celebratas die passionis Christi. Est barbaries, non velle observare*  
*leges & discrimina temporum &c. Longè aliter definit ille, Virtu-*  
*tis veræ custos rigidusq; satelles, Papinianus: Nam que facta*  
*ledunt pietatem, existimationem, verecundiam nostram, & quæcunq;*  
*contra bonos mores sunt, ea nec facere nos posse credendum est. Disci-*  
 te itaq; prius vos, qui falsâ rerum imagine decepti, specioso  
 vocabulo effrenem licentiam libertatem appellatis, quid sit vivere,  
 quam

quam ut vestro more vivatis. Vid. *Don. En l. 2. c. 9. D. Badius in om. ad studiosos Leyd. p. 40. Hottom. Bachov. & Rittersh. hic.*

II. Satius est captivum vendere quam occidere.

§. 3. Hâc ratione defenditur contra iniquitatem servitus, hoc colore, quod cum jure belli captivi occidi possent, eos quâcunq; conditione servare, humanitatis videatur. *l. 4. §. 2. ff. de statu hom. l. 239. §. 1. de V. S.* Sed hoc ipsum non immerito quæras: *An hoc sit jus victorum, ut occidant omnes victos & captos?* Nimirum hostem arma etiamnum tenentem, ut occidere fas sit, ita se dedentem & cedentem, ut occidas minimè fas. Nam deditiû hominem occidere semper crudelissimum habitum, & contra eam humanitatem, quam homini homo naturaliter debet; etiam contra legis divinæ, naturalis & gentium sententiam.

2. Reg. 6. Sic Propheta Regi Israelis: *An quos captivos abduceres gladio v. 22. tuo, & arcu tuo percuteres?* Magno miraculo Elysæus fecit Syros hostes captivos: quos Rex Israelis interficere volebat; atq; id prohibet Propheta hoc argumento, quod neq; captos bello liceat interficere; & itaq; minus hos. Et ita illa Augustini &

c. 3. 23. q. 1. canonici juris: *Hostem pugnans necessitas perimat, sicut resistenti violentia redditur; ita victo, vel capto misericordia debetur.*

Eurip. He- Hæc Lycurgi & Græcorum Lex: *Ut firmata victoria hostis non racl. Plut. interficiatur.* Memorabilia quoque sunt ista. Nic. Gregoræ: *apoph. Sen. In pugna & acie quicquid feceris excusationem habet: Quum ratio 5. de benef. oppressa jacet, & manus velut ebriæ mente non reguntur: verum pe- l. 6. 6. riculis jam propulsatis & animorum aestu sedato, ac tranquillati mente restituta savire, & ab officio decedere, improbi animi est argumen- tum.*

Ergo cave victor ut illud Pyrrhi apud. Senec. Trag. cogi- tes: *Quodcumq; libuit facere, victori licet: Potius illud Agame- mnonis: Minimum decet libere cui multum licet. Et illud Jcti: Non omne quod licet honestum est. Sunt enim aliqua, quæ fieri non oportet, etiamsi licet. Et constat (inquit D. Bernhardus) de con- fid.) in Christiana utiq; Philosophia, non decere nisi quod licet: non expedire, nisi quod decet, & licet, non continuo tamen omne, quod licet, decere aut expedire consequens.* Quare victoriam & victos

modestè habe ob jus talionis & fortunam. Nam: *Is qui in bello*  
ob

ob res secundas exsultat, non cogitat, quàm infidâ fiduciâ se extollat.  
Fortuna vitrea est, tunc cum splendet, frangitur. Habet has vices **Publius.**  
conditio mortalium, ut adversa ex secundis, secunda ex adversis nascan-  
tur. Victor timere quid potest? quod non timet. Vid. Hugo Gro- **Plin. Paneg.**  
tius de jure belli l. 3. c. 4. Alberic. Gentilis de jure belli l. 2. c. 16. Don. **Sen. Agam.**  
En. lib. 2. c. 9. m. Bodin. 1. de Republ. 5. Lips. Pol. l. 5. c. 18. Bachov.  
ad d. §. 3. Inst. & Heig. ib. n. 27.

## TITULUS IV. DE INGENUIS. MEMBRUM I.

### *Continens Continuationem.*

Ingenuus est, qui statim ut natus est, liber est. *pr.* Et sufficit, matrem vel conceptionis vel gestationis, vel partus tempore liberam fuisse l. 5. §. 2. ff. de stat. hom. Nec officit ingenuitati injusta servitus, §. 1.

## MEMBRUM II.

### *Continens Quaestiones.*

I. Utrum extra legitimum matrimonium nati sint liberi, si mater saltem conceptionis tempore fuerit libera, partus verò tempore ancilla? *Aff. cum Hun. l. 1. tract. 2. q. 9. Marcil. hic p. 49. Giph. Antin. Disp. 2. tb. 6.*

II. An natus ex matre nobili patre plebejo sit nobilis? *N. cum Rittersb. hic.*

III. Num frater in regno natus, præferendus in successione fratri ante regnum à patre adeptum? *N. cum Först. Disp. 2. tb. 7. contra Niellium Disp. feud. ult. tb. 2. l. b. vide Ungeb. Ex. 2. q. 13 Bodin. l. 6. de Republ. c. 5. Hottom. quest. illust. 2.*

IV. Si infans à parentibus suis expositus, & à Sacerdote aliquo concubinario sublatus, & commiserationis gratiâ gratis educatus sit, atq; ab omnibus vulgò habitus pro filio Sacerdotis: tandem eo mortuo impetravit legitimationem sui vel restitutionem natalium ab Imperatore vel Comite aliquo Palat. Postremo autem comperit se ex justis nuptiis procreatum & exposi-

tum fuisse: an talis legitimatio ei præjudicet? N. cum Rittersh.  
arg. §. ult. hîc.

ANTINOM.) In *pr. hîc* Ingenuitas saltem ita natis tribuitur.  
Cum tamen non sola natiuitas sed 1. Allectio quoq; in clerum  
sciente Domino: Nov. 123. c. 17. 2. Sententia iudicis l. 25. ff. de  
stat. hom. 3. Beneficium Principis; quod duplex: 1. Natalium  
restitutio l. 2. 3. de natal. restit. & 2. jus aureorum annulorum;  
ingenuos faciant; l. 3. 4. ff. de jure aur. ann. vid. Tim. Faber.  
Disp. 4. tb. 5. Giph. Antinom. Disp. 2. tb. 6. Don. Em. l. 2. cap. 10.  
c. & h. Bocer. cl. d. 5. tb. 8.

DIGRESSIO) Calamitas matris non debet ei no-  
cere qui in ventre est. *pr. hîc*. Ex quâ regula fluxit ille mos,  
qui ubiq; hodie in iudiciis servatur, ut supplicium prægnantis  
differatur tam diu donec peperit: imò ut ne quæstio quidem de  
ea habeatur. l. 18. de stat. hom. l. 3. ff. de pæn. quod ex lege Æ-  
gyptiorum transtulisse Græcos testatur Diodor. Sicul. & Plutarch.  
de serm. num. vind. Eademq; causa est, cur mulier prægnans non  
debeat humari, antequam partus ei excidatur, alioquin spes ani-  
mantis perempta videtur. l. 2. ff. de mortuo infer. Et quamvis  
pars seu portio viscerum matris alioqui appelletur: odia tamen  
restringi & favores ampliari convenit c. 15. de R. J. in sexto.  
Unde dicimus, alieno odio neminem, nequaquam autem in-  
fantes & pueros, in quibus nulla culpa deprehenditur, prægra-  
vandos esse. l. pen. de fidei comm. lib. 1. 33. §. ult. C. de inoff. testam.  
l. 27. C. de pæn. Vide. Rittersh. & Heig. hîc. Cujus occasione  
quæstio illa inferenda. An Spurii possint civitate donari seu  
cives esse? Nos cum Cubach dec. 5. q. 4. contra Casum in Sphanz  
civitatis affirmandum ducimus: Quippe ex fornicatione nasci, non  
filii, sed parentis delictum est. Et unusquisque ex suo admissio sorti  
subjicitur, nec alius criminis successor constituitur: d. l. 26. Si quod  
itaq; crimen natalibus hæret, id non liberis objici, sed paren-  
tum libidini imputari debet. Vid. Robert. rer. judicat. l. 2. c. 14.  
p. 517. Höënon. Disp. 2. tb. 15. Fachin. lib. 4. contr. c. 93. Bocer. clas. 5.  
Disp. 6. tb. 76. Baudius cent. 2. Ep. 2. de Erasmo p. 255. Dn. Jac.  
Martini l. 2. pol. c. 5. Haider. polit. p. 262. & 253. Bornit. de præmiis.  
p. 40. Foman. de privil. stud. tb. 25. Paleott. de spur. c. 56. n. 8.

L. 4. c. 6.  
cap. nasci 56.  
dist. 1. fin.  
C. de nat. lib.

TITULUS

# TITULUS V. DE LIBERTINIS.

CONTINUATIO) Libertini sunt, qui ex justa servitute manumissi sunt *pr.* Manumissio est de manu datio. *ib.* Et varijs modis fit. § 1. quocunque loco & tempore §. 2. sublatoque omni discrimine cives Romani fiunt. §. 3. *Don. En. l. 2. c. 11. Bocer. d. 5. tb. 15.*

QUESTIO) An apud legatum Proconsulis manumitti possit? DD. hinc inter *l. 2. §. 1. de offic. procons. & l. 17. de manumiss. vind.* expressam antinomiam agnoscunt. vid. *Först. d. 2. tb. 9. Vngeb. exerc. 14. Lindem. hinc tb. 2.*

ANTINOMIA) Justinianus in §. *ult. in fin.* se omnibus libertinis jus civitatis dedisse asserit: Quod tamen in *l. 17. ff. de statu hom.* Antonino attribuitur. *Nov. 78. c. 5. Vid. Marci. hinc p. 52. Cujac. obser. 5. c. 4. Don. En. l. 2. c. 16. a. Giph. tb. 9.*

## Axiomata & Digressiones.

I. Pietas omnia augere & in meliorem statum reducere desiderat. §. 3. *vers. ideog.* Idque tam in Ecclesia quam Politia. Sed in meliorem! Igitur cum de reformandâ Ecclesiâ à quibusdam agitur, non hoc, opinor, quærendum, quid hodie Orientalis Ecclesia, aut Moschovitica vel aliæ credant, faciantve: sed id potius; quid ab initio docuerint Christus & Apostoli; quid eorum temporibus, & proximè secutis, Ecclesia universalis usurpavit. Illud est illud exemplar, quod omni amotâ exceptione ingenuè sequi, & ex animo profiteri debemus. Illa autem Paci *Socrat. in non Bellonæ litavit, & homines persequi, nedum occidere, non est hist. Eccles. solita: ut pote quæ Christi magisterio & legibus accepit suam potius l. 7. c. 5. fundere, quam alieno polluere manus, & conscientiam cruore. Red. Arnob. l. 1. datur itaque Ecclesiæ à Papicolis suus pristinus status, & tot nova dogmata & jura olim inaudita penitus tollantur, tum pietatem eorum, & quod omnia in meliorem statum, & ad ista duo verba, DOMINUS DIXIT, reducere desiderant, agnoscemus. Alias quam-*

Arnob. l. 2.

Nov. 127. pr.

Tacit. 4. ann.

Eurip. in  
Rheso act. 1.  
p. 392.  
Xenoph. 8.  
ped.  
Sap. 6. v. 26.

diu Ecclesiam excarnificare pergent, neque ullum veræ antiqui-  
tati aut veritati locum dabunt, nihil illos moramur, neq; ullam  
communione cum ipsis unquam futuram. *Quia religionis au-  
toritas non est tempore aestimanda, sed numine: nec colere qua die, sed  
quid cœperis, convenit aestimare.* In verbis Christi Ecclesia Christi  
quærenda, inquit Augustinus ad Donatistas. *Nam vera & ἡ ἀληθὴς  
Ecclesia forma est, ut audiant oves Christi vocem sui Pastoris.*  
Quod POLITIAM attinet, non gravabitur bonus legislator Ju-  
stinianum nostrum imitari, qui de se ita profiteretur: *Nostras leges e-  
mendare nos non piget, ubique utilitatem subjectis invenire volentes  
&c.* Non enim aliter fert natura rerum humanarum, quæ est fluxa  
& instabilis; nec aliter fert natura & ratio ipsarum legum, quæ sunt  
ad rerum humanarum conditionem accommodandæ, & ad sub-  
ditorum utilitatem referendæ. Illa verò cum temporibus ipsis  
commutatur. *Jussus populi & suffragia sunt. Quodcunque  
postremum Populus jussit id jus ratumque est; verba erant L. XII.  
tab. Revard. ib. c. 1. Parcè tamen omnia mutanda. Quia corru-  
ptissima republica plurimæ leges. Lips. Pol. l. 4. c. 2. & de una relig. p.  
85. Casaub. in resp. ad Cardin. Perron. p. 67. Pflug. de Republ. Germ. p.  
46. Beren. tub. pac. p. 169. Rittershus. proem ad Nov. p. 26. Autor dis-  
ser. de idol. Hall. p. 89. Erasmi. quer. pac. p. 258.*

II. Ex suggestione Sapientum altercationes pla-  
candæ & corrigendæ. *ibid. vers. per quas. Nam à Sapiente Viro  
discendum est quid sapientia: Pauca enim aliqua unus videt, unus  
audit. Sed Multitudo Sapientum sanitas est orbis terrarum. Sed  
ex suggestione sapientum; non per quorum scabiosam rixandi pruri-  
ginem simplex illa & aperta veritatis virtus in obscuram & soler-  
tem scientiam vertitur: ut omnes disputare malint quam vivere.*  
Disputationes quidem non damnandæ, si in loco, si inter idoneos,  
si cum modo usurpentur. *Locum* censeo, scholas, Academias, Col-  
legia: *Idoneos*, rerum divinarum & humanarum peritos; *Modum*,  
ut contentio & nimia subtilitas absint. *Nec enim quidquam mi-  
nus convenit, quam subdola ista calliditas animis conantibus magna.*  
Sed in publico & in populo maximè à pueris ancillisque à furno  
& lacu redeuntibus, disputationes omnes valdè improban-  
dæ;



dæ, quibus aliàs insitum est, quantò magis falsa sunt, quæ fiunt, tantò plura facere: & ad quamcunque sunt sententiam, quasi tempestate delati, ad eam tanquam ad saxum adhærescunt. *Multum difficultatis res divina & humane habent.* Unde illud Ecclesiast. meritò hîc habeat locum: *Vade ad domum Senioris, & limen ejus sit attritum tuis pedibus:* id est, audias alios, discas. *Melanct. post. part. 3. p. 681.* Sic apud *Lacedæmonios* SENUM auspicijs & consilijs publica omnia negotia tractabantur. Et non solùm Senibus, Liberos & juniores cujusvis monendi jus erat: Sed & quicunq; Senùm, delinquentem juvenem non increpabat, eadem poenâ cum delinquente tenebatur. *Quare Consilijs pare senior pulcherrima quæ dat:* Nam: *El perro viejo siladra, da consejo,* inquit Hispanus: & Germanus: *Man mag den alten wohl Vortaußen/aber nicht vorrathen.* Vid. *Cragius de Republ. Laced. lib. 2. & 3. & Juventutis meæ director fidelissimus Mich. Meisnerus in hortul. Rom. p. 200.* Et de disputat. in religionis negotio. *Heider. polit. p. 257. Jac. Martin. pol. l. 2. c. 20. p. 668. Lips. contra dialog. p. 96. Beren. in rub. pac. p. 353. p. Cunæus in Sard. ven. p. 85.*

*Virg. 5. Æn.*

## TITULUS VI.

*Qui & ex quibus causis manumittere non licet.*

CONTINUATIO) Et omnibus permittitur: Nisi ex aliquâ causâ, velut in fraudem creditorum. *pr.* Aut ob minorem ætatem. *Lege Æliâ* Sentia manumittere prohibeantur. §. 4. Aut inter vivos, aut in ultima voluntate §. 7. *Bocer. cl. d. 5. tb. 20.*

QUESTIONES) I. Quando Lex Ælia Sentia lata? *R. cum Forstero D. 2. tb. 10. temporibus Augusti S. Ælio Cajo & C. Sentio Saturnino Coss.*

II. Num manumissio in fraudem creditorum facta sit ipso jure nulla? *Aff. cum Vngeb. q. 15. Fabro hîc. d. 4. tb. 7. contra Pacium.*

III. Quinam in jure pauper sit habendus? Neglectis aliorum opinionibus arbitrio judicis id relinquendum *cum Niellio tb. 6. putamus. Wilb. Anton. de rescript. mor. c. 44. n. 17.*

IV. Utrum

IV. Utrum ultima hujus. §. 5. verba sint intelligenda de procuratore ad litem, an ad negotia? Prius *Aff. cum Först. hic ib. 11. Matth. p. 22. Niell. d. 2. ib. 7. Fab. d. 4. ib. 8. contra Vngeb. q. 16. & Hæn. d. 1. ib. 21.*

ANTINOMIÆ) I. Ut manumissio in fraudem creditorum facta sit, necesse est & consilium & eventum concurrere. §. 3. *hic l. 14. §. 19. de fideicommiss. libert. l. 23. ff. qui & à quibus l. 79. de R. 7. l. 1. C. manum. non poss. Sedl. 10. & l. 16. §. ult. ff. qui & à quibus manum. lib. & l. ult. C. qui manum. non poss. veile videtur eventum tantum debere inspicere, & non animum, vid. Giph. ib. 10. Bach. p. 57. Don. En. l. 2. c. 13. b. Faber D. 4. ib. 7. & Marcit. hic. p. 57. qui in somnis eos laborare dicit, quæcum d. l. 10. conciliare hunc § nituntur.*

II. Manumissionem causâ semel adprobata, sive vera sive falsa sit, non retractari, vult. §. 6. *hic & l. 9. §. 1. ff. de manum. vind. l. 29. 39. & 52. ff. de manum. rest. l. 1. C. de vind. liber. Cum tamen sententia ex falsis probationibus lata, possit retractari. l. 1. C. si ex fals. instrum: l. 33. ff. de jud. Et tutor, si falsis allegationibus obtinuerit sententiam absolutoriam, nihilominus tutelæ obligatus maneat. l. 1. & 2. C. si tut. fals. alleg. vid. Bach. hic. p. 61.*

### Axiomata & Digressiones.

I. Ignominiosum est bona cujusquam propter æs alienum divendi. *pr. Præsertim si proprio quis vitio ad angustias istas redactas fuerit, secus si fortunæ: Nam; Fortune telis vexatum puniri, inhumanum est. Imò potius egentibus hominibus est prospiciendum; Et contra naturalem equitatem, nocentium odio innocentes prægravari. Id quod bonis viris multimodè evenire potest, hoc præsertim seculo, quo refractis pudoris & reverentiæ claustris omnia patent omnibus: vel pelagi sævitiâ, vel Piratarum aut militum non-militum furore; vel aliorum fraudulentia. Quemadmodum Mulier una de vatum uxoribus ære alieno præmebatur; Non propriâ sed alienâ culpâ: ita fit interdum Aliud ex alio malum. Ac propter unius culpam aut casum, alius vir probus in stagnum miseriarum conijcitur.*

*arg. l. 14. ff. de off. prof.*  
*arg. pr. hic.*  
*Plin. l. 2. Ep. 14.*  
*2 Reg. 4.*  
*Joseph. lib. 9. c. 3.*  
*Terent. Eun.*

Quorum

Quorum forti potius condolendum, ut condolendo ad intelle-  
 ctum patientiamq; tanti casus animos forment ac firment.  
 Itaq; cum adversa sic ingruunt, premunt, mirumq; in modum  
 turbant; nolite indignari: *in patientia animas vestras possidete.*  
*Ferenda est adversitas, presertim ubi abest culpa; certo persuasi,* Luc. 18.  
 divinam vindictam istos non evasuros; *Qui ad bona aliena ava-* Cic. fam. 8.  
*ras & instabiles manus porrigunt:* Qui maximis pecuniarum Curt. 17.  
 summis corrahis, aut à compluribus mutuo acceptis, consultò  
 atq; de industria moram nectunt, & causas fingunt, ut tandem  
 Creditores molestiis defatigatos, & litibus atq; expensis vexatos  
 ad pactiones & iniquissimas condiciones trahant. *Nam abomi-* Deut. 25.  
*natio DEO est quicumq; ista facit, & quicumq; facit iniquitatem.*  
 Nec refert quoquo modo quis rem alienam avertat & ad suas  
 rationes convertat; quum hanc Justitiæ Regulam, *Ut Alter non*  
*ledatur sed suum cuiq; tribuatur,* nullo pacto violari DEUS im-  
 punè patitur. *Unum itaq; est sapientis & justis & vitalis viri o.* Lactant. de  
*pus, divitias suas in solâ Justitiâ collocare: quâ profecto qui eget, vero cultu*  
*licet ille Crasum aut Crassum divitiis superet, hic nudus, hic mendicus l. 6. c. 13.*  
*putandus est. Vid. Dan. Saunterius in prax. Bancarupt. l. 2. c. 5.*  
*& lib. 2. c. 6. & 7. Turturet. paral. Ethic. Jurid. Diss. 3. Hottom.*  
*quest. illust. c. 26. Rittersh. ad Nov. part. 3. c. 3. n. 14. & p. 9. c. 30.*  
*& diff. jur. civ. & can. l. 7. c. 5. Arniseus de Repub. c. 3 p. 168. n. 49.*  
*Wilb. Anton. de rescript. mor. p. 55. 305. 475. & 527.*

II. Favorabile est habere hæredem, arg. §. 1. Præ-  
 sertim ex propriâ domo. Illi enim *fulcrum sunt senectuti & sub-* Eccles. c. 30.  
*sidium, decus & prasidium familiae.* Ita differit accuratè Muso- v. 5.  
 nius: *Exoptant homines plurimorum liberorum potentiâ fulciri, ut* apud Sto-  
*firmiores existant in civitate: Quemadmodum navis in mari pluri-* baum  
*mis anchoris jactis stabilitur.* Et non tantum sibi, sed & Reipubl. Serm. 13.  
 consulunt: *Ut quodammodo immortalitas humano generi artificiosè* Nov. 22.  
*introducatur.* Unde Alexander filiis destitutus: *Orbitas mea,* pr. hic.  
*ajebat, quod sine liberis sum, spernitur.* Quod fortè didicerat ex Curt.  
 Euripide: *Munimem Aula Regios esse filios.* Quod etiam Octa-  
 vius edoctus, fuit solitus dicere; *Orbitatem omni nixu principibus*  
*esse fugiendam, & aucti liberis Augusti ipsi fierent.* Cæteroqui

D

CON.

contemnuntur Principes ipsi, dum subditi aliò respiciunt, & attendunt successorem. Nam *Legiones, classes, non perinde imperii munimenta, & adminicula sunt, quam numerus liberorum.* Hinc *Tiberius* extra domum *Augustam* imperium collocare, indecorum atq; intutum putabat; *Sin extra domum successor quæreretur, ne memoria Augusti, ne nomen Caesarum in ludibria verterent, metuebat.* vid. disp. seq. ad illud: *Principales & Augustæ domus debent pluribus munimentis insistere, ne successor in incerto sit arg. §. II. de adopt. Scip. Amir. Disc. in Tacit. 1. l. 2. Turturet. parall. Ethic. jurid. Diss. 30. & 31.*

II. Defuncti non sunt injuriâ afficiendi. *ib. in fin.* Tritum apud nos est in ore, utinam corde & re ipsâ quoq;! *De absentibus & mortuis nil nisi benè loqui & precari licere.* Hoc quidem veteres magnâ cum diligentia observârunt. Extat enim præceptum sapientum: *Defuncti injuriâ ne afficiuntor.* Et aliud: *De mortuo ne riseris.* Non enim est pugnandum cum manibus, nec decet eos affici injuriâ, qui hac vitâ sunt defuncti. Ob hanc rem laudatur *lex Solonis*, quæ prohibet in defunctos maledicta conijcere. *Nam & pius est; ut Plutarchus in vita ejus dicit, eos sacros ducere, qui à vitâ discesserint, & justum his qui esse destinant, abstinere, & civilium inimicitiarum aliquando modum statuere, nec in infinitum progredi sinere.* Putabant quoq; nihil ingenio viro indignius, quam eos incessere linguâ, qui respondere non possent; Siquidem tam turpe hoc habetur, quàm *cum larvis vel umbris luctari.* Reprehenditur itaq; non immeritò *Sulla Ethnicus*, cui non satis fuit vivis hostibus illudere, nisi mortuorum etiam ossa è Sepulchris canino more eruta, in fluvium mergi jusset. Multò majori tamen reprehensione sunt digni, qui sub nomine Christianorum talia perpetrant, & ita caritatis & divinæ legis præscriptum scelestius violant. *Amicos enim (imensæ eruditionis Ater scripsit) diligere omnium est; inimicos autem solorum Christianorum.* Invisum meritò bonis vitium, quod homini seipsum eripit: *Nec feris inter se bella sunt; homo homini lupus, cruentus ludus ac laniena est: Nec si forent, eadem hominere*

hominem deceant, placidum, proximumq; divino genus. Vos itaq; qui nomine Christianorum decorati estis, spernite à vobis longissimè hanc pestem; nec à linguis solum, sed ab auribus etiam vestris. Peccat enim hic non modo, qui facit injuriam, sed & qui blandè excipit: & ut ferrum ignitum tangere sine noxâ nō est; non item assistere amburentibus hisce linguis. Blandiuntur & insinuant, scio: verbis comitatem, vultu amorem præferunt. Vos mihi credite: aspides illæ sunt, & venenum suum inspirant sopiente quodam & fallente morfu. Potius cum Davide exclamat: *Muta fiant labia, dolosa, qua loquuntur adversus justum.* Vid. *Camer. her. succif. l. c. 3. Lips. orat. de calumn. Wower. Polym. c. 1.* Sed an honor possit mortuo tribui? *Aff. cum Turturett. paral. Ethic. jurid. Diss. 27.* Et an memoria hominis bono publico infensi damnanda? *Aff. ibid.* An autem hæreticis sepultura deneganda? Vid. *Cranius de pac. relig. probl. 6. q. 2. p. 264.*

III. Sæpè de facultatibus suis amplius, quam in his est, sperant homines §. 3. l. 10. ff. *qui & à quibus manum.* SPES enim omnes alit, & solatur; quandoquidem, ut finxit antiquitas, cum mala ingruerent, & à terris numina recederent, Spes sola in hominum solatium remansit, & adhæsit. *Hæc Dea, cum fugerent sceleratas numina terras, In Diis invisâ sola remansit humo.* Hinc est, ut multi, quia natura hominum divitiis, quam paupertati magis amica, cum bona non possideant, sed futura sperent, spe vivant; nam quæ cupiunt homines, facilè credunt sperantq; & futura tanquam præsentia quodammodo existimant. Sed cum temporum varietates & fortunæ vicissitudines sæpè res nostras spissas faciant, nemo ante obitum dives aut beatus dici potest juxta illud *Eccles. II. Ante mortem ne laudas hominem:* & alterum *Ausonii: Tunc dico beatam vitam, cum peracta facta sint.* Alios publica opprimit calamitas, Belli, Tyranni, Naufragii, Bancæruptorum, pestilentia; si urbes direptioni & incendio traduntur, quot mala & omnia concurrunt? *Innumerabiles sunt modi quibus vel alieno vel proprio malo affligimur?* Hinc illæ lacrimæ *Heracleti*, hinc *Democriti* risus, & cachinni; Ille quoties domo pedem efferret, quas enumeravi intuens miseras,

non poterat non lacrymari: quas è contrario Democritus irri-  
debat. Ille lugendam perpetuo fletu, hic excipiendam continuo  
risu credidit hominum amentiam. Quæ cum ita sint, quis non  
censeat ridendas, aut deplorandas esse potius hæc ineptias hu-  
manas, licet afferant pernitiem interdum, si eas sibi homines ul-  
trò accersunt. Quam benè Seneca in Hippol. in hanc rem: *Quem fata cogunt, hic quidem vivat miser: At si quis ultro se malis  
offert volens, seq; ipse torquet, perdere est dignus bona, queis nescit uti.*  
Nam homines qui fortune sunt ludibrio, ex eo sunt culpâ digni,  
miseratione indigni, quod cum illius naturam fallacem imprimis  
atq; vitream perspectam habuissent; attamen ejusdem arbitrio  
se commiserint regendos. Quare malè accepti injustas habent  
quærimonias. Nam Jctorum axiomate, condemnantur.  
*libr. 19. de R. 7. Qui cum alio contrahit, vel est, vel non esse debet ignarus conditionis  
ejus.* Sic falso homines quærentur, si fortuna honores, opes a-  
liaq; ejus ludibria vel denegat, vel data semel eripit; naturam  
ejus, qui cum contraxerunt, conditionemq; vel notam habue-  
runt, vel habuisse debebant. Quâ ratione & consideratione  
voluit Philosophia Boëtium amicabiliter solari: *Postremò  
ait illa, equo animo tolere oportet, quidquid intra fortune aream  
geritur, cum semel jugo ejus colla submiseris. Quod si manendi abe-  
undiq; scribere legem velis ei, quam tu Dominam spontè elegisti, nonne  
injurius fueris, & impatientiâ tuâ sortem exacerbabis, quam permu-  
tare non possis: Si ventis vela committeres, non quo voluntas peteret,  
sed quo flatus impelleret, promovereris. Si arvis semina crederes,  
feraces inter se annos sterilesq; pensares. Fortune te regendum de-  
disti, domina moribus oportet obtemperes. Tu verò volventis rota  
impetum retinere conaris. At omnium mortalium stolidissime, si  
manere incipit, fors esse desistit.* Ex hac varietate fortunæ, & pa-  
rum constanti hominis in hac vita bono hoc effluxit celebre  
præceptum. *Nulli rei esse fidendum, nihil item desperandum.*  
*l. 4. ep. 24.* Quod potest esse documento, ait Plinius, nihil desperare, nulli  
rei fidere, cum videamus tot varietates tam volubili orbe circumagi.  
Quæ sententia varias rerum inclinationes ponit ob oculos, a-  
deò

sed ut si quid aliter atque cogitabamus, accideret humanitas, non illico sit de re & salute desperandum : quemadmodum è contrario neque ita est fidendum rei presentis tanquam semper duraturæ. *Non si male nunc & usque. Non semper imbres. Post Frigorat tandem Flores!* Vid. *Val. Max. l. 6. c. 9. Turturett. par. Eth. Jurid. p. 39. 244. & 477. & Wilb. Anton. de rescript. morat.*

IV. Libertas est res inæstimabilis, s. *fin. hinc. l. 106. de Sallust. c. 33. R. 7.* Id est non cadit in æstimationem. *Quam nemo bonus nisi cum l. 176. §. 1. de animâ simul amittit. Infinita enim est libertatis & necessitudinis æstimatio.* Et nulla pretij cum libertate proportio. Quæ cum ita sint, cumque adeo mutis animalibus, nedum hominibus, nedum Germanis *libertas, natura grata sit, mirari subit, quosdam magnitudinis pecunia à bono honestoq; in prævum abstractos: cæcos avaritiâ: queis omnia honesta atq; inhonestas vendere mos est; quique licentiam ac opulentiam suam malunt, quam omnium libertatem: qui fame, fidei, postremo omnibus rebus commodum suum anteferrunt.* Dolendum equidem vehementer est bonis & ingenuis hominibus cunctis, quibus *libertas servitio potior, Philippum Macedonem, tot sui nominis & indolis successores reliquisse, qui probe sciunt, nihil esse tam sanctum quod non violari, nihil tam munitum, quod non expugnari pecunia possit: ut ne firmissima quidem castella, in quæ modo a sellis onustus auro queat ascendere, subeuntes excludant.* Sed ut olim apud Romanos *P. Clodius & Varinius, ac pessimus quisq; Rempubl. venundantes; sic ipsi cæca cupiditate corrupti, non intelligunt, SED U M V E N D U N T, E T I A N V Æ N I R E:* nec attendunt id quod est à Levino Consule sapientissimè dictum: *Respublica incolumis & privatas res facile salvoas præstat: publica prodendo, nequicquam tua serves.* Id quod ante eum *Pericles Atheniensis etiam admonuit, cives suos hortatus, ne non tam suæ quisque, quam publicæ consulerent utilitati.* Sed cum injusti isti *Raptores libertatis alienæ; tanquam Viri Sanguinum & dolosi Deo sint abominabiles: Isti permittamus curandum quicquid humanâ ope majus est. Miles in castris, audito viæ signo vasa colligit; audito pugnae, deponit; animo, oculis, auribus, paratus ad omne imperium & intentus.*

*Sallust. Jug. c. 29. & 3.*

*Liv. 3. c. 37.*

*Sallust. Jug. c. 16.*

*Tac. 4. Ann.*

*Cic. Verr. 1.*

*Sen. de const. Sap. c. 1.*

*Liv. 26. c. 36.*

*Vellei. l. 2. c. 27.*

*Psal 5. 7.*

Seneca.

Idem nobis sit, & in hac militia pro libertate Christiana sequamur alacres & pleno gradu quocunque vocantem DEUM. Ad hoc sacramentum adacti sumus ferre mortalia, nec perturbari his, qua vitare nostra potestatis non est. In regno nati sumus DEO PARERE LIBERTAS EST. Vid. Beren. tub. pac. p. 11. & 42. Pflug. de Repub. Germ. p. 25. Baud. de induc. Belg. p. 33. Incomparabilis Grotius (cujus humanitatem Lutetia Parisiorum mihi exhibitam gratâ mente recolo) de antiq. Reipub. Batav. c. 6. & 7. 8.

Media via in negotijs eligenda, arg. §. fin. Indeque dicitur: Nec nil, nec nimium: medium tenuere beati: Festina lente: Sat cito, si sat benè. Et Horatius. Est modus in rebus, sunt certi deniq; fines, Quos ultra, citraq; nequit consistere rectum. Nec aliàs est infrequens, ut in ancipiti negotio mediocritatem vel mediam sequantur viam prudentes, & probent, velut est in controversia, quæ est in. §. 25. Inst. de R. D. & l. 3. si pars hered. l. 7. ff. ut leg. serv. c. Quia humani ingenij imbecillitas vix potest omnia, quæ sub considerationem venire possunt, penitus inspicere. Multa nos fugiant, tametsi omnem mentis aciem intendamus. Vnde cordatè facimus, si in ambiguis medium amplectamur. Hinc Tullius verbum Arbitror vocat consideratissimum; quasi nihil affirmet. Et prisca Romani vel in judicijs cautè affirmabant, apud quos juramenti formula voce arbitror incipiebat, etiamsi ferrent testimonium in ijs rebus, quas oculis hauserant. Prætores quoque in sententia ferenda verbum videtur usurpabant pronunciantes, aut fecisse videtur, aut videtur jure fecisse, aut non videtur fecisse. Nam, prudentis est certe prudentisque in valde ambiguis suspendere asseverationem, & quod sibi videatur probabile, dubitanter indicare. In perplexis itaque ubi utraque extrema ad absurditatem ducunt, media sententia tutissima arg. b. §. & §. 25. 1. de R. D. Ut enim in extremis virtutum morantur animæ stultorum: ita medium tenent, quibus virtus & honesti cura cordi est. Virtus est medium vitiorum, & utrimq; reductum: ait Horatius. Hinc cum omnis definitio, i. regula, in jure sit periculosa: quia vix fieri queat, ut non aliquo saltem casu subvertatur l. 202. de R. J. boni & circumspecti Jcti est proca suum varietate, proprijsq; circumstantiis, aliter atque aliter distin-

l. 1 Ep. 18.



distinguere, nec semper ea sequi, quæ vulgaribus juris regulis convenientiora videantur. *Fab. jurispr. Papin. t. 6. pr. 9. ill. 2.* Abutuntur autem mediæ sententiæ electione illi *judices*, sive arbitri, qui *mera juris ignoratione fluctuantes*, & dubii, quid & pro quo pronuntiandum sit, dividant petitionem, & sic ei, qui vel planè nullo, vel optimo certo jure centum perat, adjudicant 50. Corydonis iudicio actorem & reum iniquè exequando. *Fab. D. l. conf. r.* Etsi in quæstionibus juris & de Repub. *aliquando à medio recedere æquitas suadet*: & haud rarò inter tot discrepantes Prudentum opiniones medium non est, quod minimum habet iniquitatis: quod ipsum tamen eligendum est. *l. 200. de R. j.* Et *Neutrales*, quos vocant, sæpè malo suo inter vicinos hostes sedent mediis ac otiosi spectatores. Alfonso Arag. Regem, cum is audisset *Senenses*, qui à bello Italico mediis extitissent, in neutram partem inclinantes, postea sedato bello divisorum militum prædam esse, dixisse ajunt: Senensibus evenisse, quod his solet, qui mediam domum incolunt, ut ab inferioribus fumo, à supernè habitantibus urinâ vexentur. *Ant. Panormit. Apoph. Alfons. lib. 4. c. 24.* Vid. *Wib. Anton. de rescript. morat. c. 68. n. 4.* & *Turturret. paral. Ethic. jurid. Diss. 7. & 8. Reusp. in Symb. Imp. p. 3.* *Clapmar. de Arcan. Rerump. l. 1. c. 7.* *VVes. ad Inst. §. 9. p. 29.* *Lansius Diss. in jur. publ. Francof. part. 3. p. 455. tb. 6.*

## TITULUS VII.

### *De Lege Fusia Caninia tollenda.*

CONTINUATIO) Cujus manumissionis libertatem veteri *Lege Fusia Caninia* nonnihil hæc in parte constrictam, Imp. eâ antiquatâ planè voluit esse liberam.

QUAESTIONES) I. Unde dicta hæc lex: Resp. cum *Först. hic. tb. 12.* Ab autoribus, *Publ. Furio Camillo & C. Caninio Gallo Coss. Anno. 75.* *Diss. Marcil. hic, qui à. Q. Fusio Caleno & C. Caninio.* & *Accurs.* qui hanc legem tanquam invidiam à cane nomen accepisse vult. vid. *Don. En. l. 2. c. 13. l.*

II. An absurditatis ista lex; & socordix Tribonianus arguendus? N. *contra Hottom. & Bach. hic q. 3.* Interim tamen non omnia, quæ inter vivos, & in ultima voluntate permessa esse assero.

AXIOMA)

**AXIOMA**) Libertatem impediencia tanquam invi-  
*Veget. 3. c. 10.* da sunt tollenda. *arg. hęc.* Inter quę haud postremum in Re-  
publ. *Discordia malum,* quod externo dominatui facilẽ viam ape-  
rit. Nam *nulla quamvis minima natio potest ab adversarijs deleri.*  
(inquit Doctor militię vetus) *nisi proprijs simultatibus seipsã con-*  
*sumserit.* Nam civile odium ad inimicorum pernitiem *præcep̃s est:*  
*Cicil. ad Q. Frat.* ad utilitatem suę defensionis incautum. Quare videant Germani  
*Tac. 2. hist.* quibus adhuc libertas aurea grata, ut hæc, sicut & alia impedi-  
92. menta, tollant, ne avita ipsorum libertas nescio cujus securi  
præcidatur: *Quippe potentia nunquam satie*  
*fida, ubi nimia est.*



05 A 1080


ULB Halle 3  
003 765 520



VD 17







IN DEO!  
 INSTITUT.  
 B L I C I  
 IO SECUNDA.  
 itico-Juridica  
 De  
**NATU-**  
**UM & CIVILI,**  
 q; divisione.  
 3. 4. 5. 6. & 7.  
 I B E N S  
 XTUS  
 m, Quæstiones,  
 & Axiomata.  
 iam  
 ÆSIDIO  
**I TAUBMANI**  
 Profefs. Publ.  
 am proponit  
 NCKLER Lipsiensis  
 nicus.  
 orio 7ctorum boris antemerid.  
 BERGÆ,  
 Acad. Typ. Anno 1635.

